

61 De non alien. aut perm. &c. Tit. j. No. vij. 62

a ¶ Adiectum est. plus quam alius, quibus fuit missa: & haec est adiectio vsque in fin.
b ¶ Adiectione dominica. i. cum annis Domini: tamen non habemus eos. ACCVRS.
DE NON ALIENANDIS, aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, &c.
¶ *ut in specie repetit, & de non. &c. & expeditur hac pars j. eod. §. si verò creditor. & §. si enim.*
c ¶ Nam intentio nem. j. Proponitur. sub de non elig. in prin. sic j. in prin.
d ¶ Super sacris. id est, sacris.
e ¶ Loge. scilicet ista. ACCVRS.
f ¶ Renouet. b. vt in lege Leonis, quae confirmatur: vt j. eod. §. vult leges renouet.
g ¶ Emendat. vt j. eod. §. Anastasio. & §. finimus. ad quæstionem.
h ¶ Adiectione. vt j. eod. §. Anastasio. & §. quia vult Leonis.
i ¶ Abscindat. sunt autem alia, scilicet Leonis, & Anastasio superfluæ, ex quo ista scilicet Iustiniani generaliter omnia comprehendit.
k ¶ Auxit. hic notat. ad quæstionem.
l ¶ Lex. vt C. de sacrosan. ecclesiasticis. licet quidam dicant, quòd eam non habemus.
m ¶ In omnibus. terris: quia localis est: vnde c. sit generalis: vt j. eod. §. nos igitur. Item in contractibus: quia non in pignore, nec in contractu emphyteusis loquitur: sed per hanc suppletur: vt infra eod. §. quia vult Leonis.
n ¶ Correctione. no. corrigi ex eo, quòd suppletur: d. sic ff. ad leg. Rbo. de iact. l. h. §. i. & §. si.
o ¶ De talibus. sc. rebus ecclesiasticis immobilibus non alienandis.
p ¶ Lex est. apud Græcos.
q ¶ Priori. scilicet legi Leonis. nam generalior est, quam illa: vt infra sequitur.
r ¶ Minus. in perfectione: plus tamen quam lex Leonis.
s ¶ Foris. scilicet extra Constantinopolitanam ciuitatem, quòd non erat in lege Leonis: vt C. de sacrosan. eccles. l. iubemus. j. respon.
t ¶ Ciuitatis. Constantinopolis.
u ¶ Persecratura. C. lege Anastasiana.
x ¶ Sedes. i. alia loca, præterquàm in vrbe Constanti. & eius diocesi.
y ¶ Arbitrabatur. in hoc credidit Anastasio? Leonem corrigere, dicendo generalius, & non fecit, vt sequitur. sed Iustinianus hoc fecit per hanc constitutionem: vt j. eod. §. nos igitur. & infra eod. §. penult.
z ¶ Vacare. id est, a necessaria non esse hac omnia, scilicet à Leone: & ab Anastasio dicta: quòd facimus addendo. vt j. eod. §. in fin. sic & alias corrigi lex distinguendo: vt ff. ad leg. Rbo. de iact. l. h. j. respon. & §. j. & §. fin.
a ¶ Omnis. accipe rebus, quòd est infra. ACCVRSVS.
b ¶ Xenodochiorum. locus b. est, vbi peregrini suscipiuntur: vt hospitale sancti Ioannis.
c ¶ Nosocomiorum. locus c. vbi agroti curantur.
d ¶ Monasteriorum. locus d. vbi monachi simul conuertuntur: vt de mona. §. hinc nos.
e ¶ Brephotrophiorum. locus e. vbi infantes aluntur.
f ¶ Gerontocomiorum. locus f. vbi pauperes, & propter senectutem infirmi curantur.
g ¶ Et totius sacrati. id est, rebus cuiuslibet alterius loci sacri, vt prochothrophium: de §. g. Prochothrophium. eod. §. nos igitur & est locus in quo pauperes, & infirmi homines pascuntur. Item orphanotrophium h. i. locus, in quo orphani vtroque parente carentes pascuntur. Item ascerterium i. Ascerterium, locus, in quo feminae debilitam sustentatrices habitant, & probantur hæ expositiones in Nouellis. eo. tit. Idem dicas in qualibet Ecclesia seculari: vt j. eod. §. nos igitur. & §. pen.
h ¶ Vult enim illa. C. lex Leonis.
i ¶ Colonij. ¶ Sed quæ est differentia k. inter hæc, scilicet colonij, & mancipium? Respon. hic loquitur de adscripticiis, vel originariis i. vel similibus, & qui à solo non possunt separari, nec sine eo alienari: vt C. de agri. & cens. l. ij. & l. quemamodum, & ff. de leg. l. si quis inquilinus. j. respon. at mancipium dicitur seruus ab hostibus captus: vt infra. de iur. perso. §. serui. qui etiã super possessionibus ponitur, & inscribitur, & ab eis non poterit separari, cum

sanctissimo Archiepiscopo Alexandria Eufremio*: sanctissimo archiepiscopo Theopolitano: Petro sanctissimo episcopo Hierosolymorum: Ioanni viro gloriosissimo præfecto sacrorum pratoriorum secundo exconsuli, & patricio; [Dominico gloriosissimo] præfecto prætorio Illirici* cui etiam hoc adiectum est: Et tua quoque celsitudo hæc sciens, vnà cum semper suscepturis sedem tuam hæc seruare festinet: & si denuncia- ti fuerit aliquod tale delictum, prohibeat, & maxime quæcun- que in ordinationibus curialiu, vel officialium interdicta sunt. Nunciat autem etiam nobis: vt decens super eis imponatur cor- rectio. Vtatur quoque præceptis ad clarissimos prouinciarum iudices: vt & ipsi, quæ sunt, inspi- cientes, non permittant aliquid extra hoc, quòd à nobis consti- tutum est fieri, imminet enim eis poena quinque librarum auri, si quidem & ipsi præuaricari videntes non denunciauerint aut sedi tuæ, aut imperio: vt vni- que decens ornatus ordina- tionis gradui conseruetur. Scri- pta cum adiectione dominica b. Data ꝑ Kalendis Aprilis Con- stantinopoli, Bilisario V. C. Conf.

COLLATIO II.

DE NON ALIENANDIS, aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, aut in speciale hypo- thecam dandis creditoribus: sed sufficere generales hypothecas.

TITVLVS I.

Nonella constitutio septima.

Imper. Cæsar. I. Iustinianus Augu. Epiphano sanctissimo, & beatissimo archiepiscopo foelicis huius ciuitatis, & œcumenico patriarchæ,

Res immobiles Ecclesia maioris vrbis Constantinopolitane, & Ecclesiarum suarum diocesis alienari generaliter prohibetur: omni fraude, & circumuentione remota. B A R T O L V S.

PRÆFATIO.

Nam intentionem hanc semper proponimus c, omne quicquid prius inperfectum, aut confusum videbatur, hoc & expurgare & perfectum ex imperfecto declarare. Quod etiam

Authentica.

in omni legislatione facientes, credimus oportere & in alienationibus, quæ sunt super sacris rebus vna complecti lege c, quæ priores omnes & renouet f, & emendet s: & quòd deest, adieciat b: & quòd superfluum est, abscondat i. A Leone siquidem bonæ memoriæ (qui post Constantinum piæ memoriæ, Christianæ fidei inter Imperatores principatum auxit k, & constituit sacrarum Ecclesiarum honorem, & disciplinam) scripta lex l est de alienationibus ecclesiasticis, conclusa t in sola huius foelicissimæ ciuitatis sanctissima maiori Ecclesia. Et laudamus plurima huius legis, cum omni vehementia, & Dei cultura posita: sed eò quòd non generaliter posita sit in omnibus m, egere etiam eam quadam correctione n credimus. Ab Anastasio quoque piæ memoriæ scripta quædam de talibus o lex est p, neque similis prioris q, & omnino minus r habens. Effusa namque, & per loca foris t posita, nihilominus mansit imperfecta, eò quòd ad solum sacerdotium, & diocesim respiciat constitutum sub beatissimo patriarcha huius regiæ & foelicissimæ ciuitatis u sedes v: cum non persecratura u sedes v: cum vtiq; dignam correctione esse eam arbitrabatur v: propter quam occasionem alia quidem corrigebat: alia verò incomposita relinquebat. Quamobrem eam quoque vacare z de cetero sancimus: vt potest imperfectam, & loco circumelutam, & non generalem inter leges existentem, neque aliquid studiosum introducentem. Hæc ergo nos omnia emendantes, vnâ existimamus oportere legislationem imponere omnibus a sanctissimarum Ecclesiarum, xenodochiorum b, & nosocomiorum c, & t monasteriorum d, & brephotrophiorum e, & gerontocomiorum f, & totius sacrati g collegij rebus, & hanc legem Leonis piæ memoriæ constitutioni adieciere: prius breuiter eius legislationem exponentes: sicque omne, quòd reliquum est, intextentes. Vult enim illa h neque Deo amabilem archiepiscopum, & patriarcham huius foelicissimæ ciuitatis, seu sanctissimæ maioris Ecclesiæ, neque œconomum vendere, aut donare, aut aliter alienare rem immobilem, domum forsitan, aut agrum, aut colonum i, aut mancipia rufi-

u ¶ Persecratura. C. lege Anastasiana.
x ¶ Sedes. i. alia loca, præterquàm in vrbe Constanti. & eius diocesi.
y ¶ Arbitrabatur. in hoc credidit Anastasio? Leonem corrigere, dicendo generalius, & non fecit, vt sequitur. sed Iustinianus hoc fecit per hanc constitutionem: vt j. eod. §. nos igitur. & infra eod. §. penult.
z ¶ Vacare. id est, a necessaria non esse hac omnia, scilicet à Leone: & ab Anastasio dicta: quòd facimus addendo. vt j. eod. §. in fin. sic & alias corrigi lex distinguendo: vt ff. ad leg. Rbo. de iact. l. h. j. respon. & §. j. & §. fin.
a ¶ Omnis. accipe rebus, quòd est infra. ACCVRSVS.
b ¶ Xenodochiorum. locus b. est, vbi peregrini suscipiuntur: vt hospitale sancti Ioannis.
c ¶ Nosocomiorum. locus c. vbi agroti curantur.
d ¶ Monasteriorum. locus d. vbi monachi simul conuertuntur: vt de mona. §. hinc nos.
e ¶ Brephotrophiorum. locus e. vbi infantes aluntur.
f ¶ Gerontocomiorum. locus f. vbi pauperes, & propter senectutem infirmi curantur.
g ¶ Et totius sacrati. id est, rebus cuiuslibet alterius loci sacri, vt prochothrophium: de §. g. Prochothrophium. eod. §. nos igitur & est locus in quo pauperes, & infirmi homines pascuntur. Item orphanotrophium h. i. locus, in quo orphani vtroque parente carentes pascuntur. Item ascerterium i. Ascerterium, locus, in quo feminae debilitam sustentatrices habitant, & probantur hæ expositiones in Nouellis. eo. tit. Idem dicas in qualibet Ecclesia seculari: vt j. eod. §. nos igitur. & §. pen.
h ¶ Vult enim illa. C. lex Leonis.
i ¶ Colonij. ¶ Sed quæ est differentia k. inter hæc, scilicet colonij, & mancipium? Respon. hic loquitur de adscripticiis, vel originariis i. vel similibus, & qui à solo non possunt separari, nec sine eo alienari: vt C. de agri. & cens. l. ij. & l. quemamodum, & ff. de leg. l. si quis inquilinus. j. respon. at mancipium dicitur seruus ab hostibus captus: vt infra. de iur. perso. §. serui. qui etiã super possessionibus ponitur, & inscribitur, & ab eis non poterit separari, cum